



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Agenda Dioecesis Paderbornensis Rituali Romano  
accommodata**

**Hermann Werner <Paderborn, Bischof>**

**Nevhsii, 1687**

Benedictio candelarum extra diem purificationis B.V. In die verò  
purificationis videatur in missali.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36005**

## Exorcismus aquæ.

51

virtutem ejusdem Domini nostri Jesu Christi, qui venturus est judicare vivos & mortuos, & sacerdolum per ignem. R. Amen.

Oremus.

Deus, qui ad salutem humani generis maxima quæquia; Sacra menta in a-  
quarum substantia condidisti : adesto propitiis invocationibus no-  
stris, & elemento huic multimodis purificationibus præparato virtutem tuæ  
bene **X**ictionis infunde, ut creatura tua mysterijs tuis serviens, ad abigen-  
dos dæmones, morbosque, pellendos, divinæ gratiæ sumat effectum, ut, quic-  
quid in domibus, vel in locis fidelium hæc unda resperserit, careat omni immu-  
ditia, liberetur à noxa: non illic residenceat Spiritus pestilens, non aura corrūpens:  
discedant omnes infidiae latentis inimici : & si quid est, quod aut in columi-  
tati habitantium invidet, aut quieti : aspersione hujus aquæ effugiat : ut  
salubritas per invocationem sancti tui nominis expedita, ab omnibus sit im-  
pugnationibus defensa. Per Dominum nostrum &c.

Hie mittat sal in aquam in modum crucis dicens.

Commixtio salis & aquæ pariter fiat In nomine Patris **X** & Filij **X** &  
Spiritus Sancti **X** Amen.

V. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Deus invictæ virtutis auctor, & insuperabilis Imperij Rex, ac semper mag-  
nificus Triumphator : qui adversæ dominationis vires reprimis : qui  
inimici rugientis saevitiam superas: qui hostiles nequitias potenter expugnas :  
te Domine trementes ac supplices deprecamur & petimus, ut hanc creaturam  
Salis & aquæ dignanter aspicias, benignus illustres, pietatis tuæ rore sanctifices: ut ubique fuerit aspersa, per invocationem Sancti tui nominis omnis  
infestatio immundi Spiritus abigatur, terrorque venenosí serpentis procul pel-  
latur; & præsentia sancti Spiritus nobis misericordiam tuam poscentibus u-  
bique; adesse dignetut. Per Dominum nostrum. in unitate eiusdem &c.

R. Amen.

Dominicis diebus aspergit Sacerdos altare, se, & deinde populum ante missam aqua benedi-  
cta, pro ut in Missali præscribitur. Aliás fideles possunt in vasculis suis de illa aqua domum defer-  
re, & pecora, hortos, domos &c. aspergere.

Benedictiones Cereorum in Festo Purificationis B. Virginis, & Ramorum in Dominica Pal-  
marum in Missali Romano reperiuntur, adeoque brevitatis causa hic omittuntur.

Benedictio Candclarum extra diem purificationis B. MARIE Virginis.

V. Adjutorium nostrum &c. R. Qui fecit &c.

Oremus.

Dominus noster Iesu Christe, fili Dei vivi, benedic **X** candelas istas supplicatio-  
nibus nostris: infunde eis Domine per virtutem sanctæ Crucis **X** bene-  
dictionem cœlestem, qui eas ad repellendas tenebras humano generi tribui-  
sti : talesque benedictionem signaculo sanctæ Crucis **X** accipiant, ut qui-  
buscumque locis accessæ sive positæ fuerint, discedant principes tenebra-  
rum, & contremiscant, & fugiant pavidi cum omnibus ministris suis ab ha-  
bitationibus illis : nec presumant amplius inquietare, aut molestare servi-  
entes tibi Deo Omnipotenti. Qui vivis &c.

Dein aspergantur aqua benedicta.

Bene-